



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 84. Guisius Dux obsidionem solvere coactus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

militiae signis, qui omnes urbem in- **Sæcul. XVI.**  
genti fortitudine tuebantur, cum ergo **A.C. 557.**  
Guifius magnam cladem acciperet, hinc  
Caraffis, e quod Gallos tam funesto  
involvissent bello, vehementer indigna-  
batur, ac de ipso etiam Pontifice cum  
Montis-Belli Marchione adeo ex postu-  
labat, ut ex querelis in jurgia ambo  
prolapsi post acerbas utrinque objurga-  
tiones plurimum commoti discederent,  
& quidem Antonius Caraffa, relicto in  
castris Guifio Duce, veredariis equis  
Romam contendit, ut negotium Car-  
dinali Agnato suo communicaret, &  
ambo rebus suis in tempore consule-  
rent, cum parum spei, ac præsidii sibi  
in Gallis esse repositum cernerent.

§. LXXXIV.

*Guifius Dux obsidionem solvere  
coactus.*

Paulo post Albæ Dux, cum Civitellam **Thusn. l. c.**  
obsideri intelligeret, cum viginti **Belcar. l. 27.**  
quatuor millium exercitu protinus ac-  
currit, promotisque castris proprius urbi  
accedit. Evidem Guifius Dux, ut  
hostis adventum præverteret inceptam  
obsidionem urgebat, ac turrim, quæ ex  
arce diruta supererat, tandem dejecit,  
& sexaginta amplius passuum ruinam  
muri fecit, hinc ad illam portam pro-  
pugnaculis prominentibus omnino nu-

**Pallav. l. 14.**

**6. 2, n. 2.**

I i 2 datam,

**Sæcul. XVI.** datam, quamvis res summe ardua foret, impetum facere statuit; cum vero sibi persuaderet, quod hostes ab ea parte intra pomarium fossa ducta receptum parassent, hinc quingentos sclopatrios fassis grandioribus lana oppletis tectos præmittit, qui collis cacumen occuparent, ibique se opere tumultario communirent, eo consilio, ut continuata sclopotorum per dies, noctesque displosione præsidiarios fatigaret, ac tandem ad deditio[n]em compelleret: sed irritus fuit conatus; saxorum enim grandine, ac machinarum diro pondere, & insuper crebra tormentorum ejaculatione, tam strenue ab obfessis pugnabatur, ut & ipse Guisius, cum ex equo descenderet, vitæ discrimen subiret, nullaque arte Galli evincere poterant, ut in collis fastigium, cui hæc urbs imposita erat, evaderent: Cum ergo Guisius medium exercitus sui partem jamjam amissam cerneret, tertia hebdomada exeunte Mense Mayo obsidionem solvit, ut tamen nominis sui famam reparasse videretur, in quodam loco Firmum inter, & Ascolum sito Albæ Ducem præstolabatur, cum eo dimicaturus: cum autem Albano fat notum esset, quod Gallorum exercitus ad incitas esset redactus, ejusque bellidux Guisius cum Marchione Monte-Bello

Bello dissensiones soveret, ac Carassa Sæcul. XVI.  
 Cardinalis cum Philippo II. reconciliari inciperet, hinc recedens prælii, cujus exitus adhuc dubius videbatur, discrimen subire haud consultum censuit.

A.C. 1557.

## §. LXXXV.

*Florentiæ Ducis consilia de subigenda  
Senarum Republica.*

Cum igitur Galli in Neapolis Regno Pallav. hist.  
 sinistra jactarentur fortuna, Cosmas Florentiæ Dux Senas subigere mo- Conc. Trid.  
 liebatur, cum ad hoc consilium stre- l. 14. c. 2.  
 nue exequendum, opportunam admo- num. I.  
 dum occasionem sibi offerri existimaret, eo quod Hispanorum res ad eam redactæ fuissent conditionem, ut Ducis auxilium vix non necessarium esset. Eapropter Cosmas Philippo II. hæc exponebat: „jam dudum belli pro te, tuo-  
 „que Patre haud infeliciter gesti expen-  
 „sis succumbo, quin hucusque obsequii  
 „mei præmium acceperim, quinimo  
 „nequidem sumptus, quorum restitutio  
 „suerat promissa, mihi fuere compen-  
 „sati: præterea non sine animi mei  
 „mœrore intelligere cogor, in eo rem  
 „jam esse, quod Senensis ditio Carassis  
 „cedatur, ut proin eosdem mihi vici-  
 „nos haberem, quos tamen unice His-  
 „panorum partibus accedendo mihi

Ii 3 infen-